

convitiatores pessimi hi, huic sententiae ita faui, ut ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire sim passus. Vnum quoque hoc loco commemorandum erat, quod unus alteriusve seu plurium plagularum, quarum totam multitudinem hinc inde procella ista Olsnensi dissipatam, libellus dictus refert, obtinendarum ingenti desiderio flagrarim, quo & motus, uel ipse Olsnae, uel in aliis Silesiae Urbibus Nobilissimis, ex literatissimis Viris per amicos rerum ebraearum peritissimos seiscitatus sum, annon plagulae hae tales in cimeliis Ipsorum librariis laterent, anue nescirent, ubi eae repertu darentur. Cum autem nec ita uoti mei compos fierem, ultima ad extremum experiri, & ad Celeberrimum inter Iudaeos Doctorem SABETEIVM e), Auctorem

*Biblio-*

*stus Christfels*, qui Illustrissimo Comiti ab Hohenloh-Schillingfurst a Consiliis Commercii, quantum noui, adhuc existit, ab *Auctoribus Recensionum Theologicalium innoxiarum* anni C. ∞ 10 CC XIV p. 89 sq. quodammodo laudetur, qui in *Pentateuco*, Wilhermsdorffii A. C. ∞ 10 CC XIII in maiori ordinis primi forma edito, eiusmodi labore est defunctus. Quomodo autem nobis se Christianis hic Ex-Iudaeus fatis purgare possit, in clausula, huic Pentateuco a se subiecta, patrem ipsiusmet suum demortuum formula ista *בְּיָמָיו* abbreviata, quae ab Apellis in honorem pie, ut putant, defunctorum ciuium efferri solet, condecorans, capere post IV lustra nondum mente licet.

e) Nomen *Auctoris* *רַבִּי שִׁפְתֵי יֵשׁוּבֵנִים* pomum Eridos inter doctos factum, pene dixerim, aliis id per *Sabbataeum* uel *Schabbataeum*, aliis per *Sabatbaeum*, rursus aliis per *Schabtacum*, his per *Schabtai*, istis per *Schabsai*, illis per *Scebtai*, reliquis per *Sabetei* pronunciando & scribendo efferentibus, quorum ultimis fauisse uidetur Vir immortalium in Rempublicam literariam uniuersam meritorum, B. CHRISTIANVS THEOPHILVS VNGERVS, *Pastor*, cum inter mortales uersaretur, apud Silesios Euangelicos *Herndlaurschitzensis* & *Rizenensis* longe Grauissimus, postquam ab Auctore per literas certior erat factus, eum ita appellari. Sic edoceor ex B. Pastoris literis ad

ad